UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

Vita S. Philippi Apostoli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

timus: Lucrabor planè, inquit, vitam, ſi neglectis ...retisque olidis hiſce membris non ſacrificauero. Mihi verò nec fuſtes, nec vngulæ, nec ignes tui vllū dolorem adferunt, quia in me manet gratia Chriſti. Tunc Proconſul lata ſententia lapidibus eum obruendum tradidit. Raptus eſt confeſtim à miniſtris diaboli athleta Chriſti, gratias ſine fine Deo agens quòd eum tanta gloria dignum faceret, & triumphum de diabolo, cui nulla in terris poteſtas comparari poteſt, adeò glorioſum concederet. Perductus igitur extra muros martyr, lapidibus cæſus beatam animam Chriſto tradidit: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

MAIVS.

RES GESTAE ET MARTYRIVM S. APOSTOLI PHILIPPI.

Ex ijs quæ ſunt apud Metaphraſten.

PHILIPPVS Chriſti Ieſu Apoſtolus, Bethſaida ciuitate oriundus à parentibus optimè inſtitutus atque imbutus, poſtquā Moſaicę legis cognitione haud mediocriter animum erudijſſet, in Galilæam ſe recepit, quò altioribus adhuc diſciplinis mentem excoleret, atque ad perfectiſſimam cæleſtium rerum cognitionem, quarum deſiderio vehemēter flagrabat, tandem aliquandò perueniret. Ibi verò cùm Chriſtus Dominus diuini verbi ſemina tunc ſpargeret, & hunc æternæ ſalutis amore flagrātem cerneret eū ſe ſequi iuſſit. Qui protinùs diuino ſplendore mirificè illuſtratus verę ſalutis authorē agno-

1. Maij.

Philippus vocatur a Chriſto.

uit, cuius aduentum in terris Prophetarum omni-
um vocibus promiſſum iam antè legerat, eumque
ſecutus eſt. Itaque Chriſto tota mente & corpore
adhærens, tanta ex eius conſuetudine ac ſtupendis
rerum factis admiratione cum eximia voluptate
coniuncta affectus eſt, vt alios ſimiliter primùm
amicos & familiares vehementer alliceret. Inter
quos Nathanaelem virum mira ſimplicitate præditum & omnis doli ac fraudis ignarum ad Chriſtum
adduxit. Quo adducto Philippus in conſideratione bonitatis Chriſti exultans: Magiſter, inquit,
verè Rex es Iſraelis. Chriſtus autem ea hominis pietate ac fide delectatus diuinorum arcanorum
ſtam eum futurum eſſe pronũciauit verbiſque
riſſimis ſe vnicum patris filium ad humani generis
ſalutem in terras miſſum oſtendit.

Philippus alios ad Chriſtũ adducit.

Ab illo ergo tẽpore Philippus indiuiduus Chriſti diſcipulus factus quotidiana Chriſti miracula
ſpectabat, animumq́ue ad cæleſtium rerum
rem ardentiùs excitabat: & alios praua opi-
imbutos mirabili charitatis ſtudio veritatis
illuſtrare conabatur. Hinc quidam ex ijs, qui
gentilium religione miſerè conflictabantur,
Hieroſolymam ſummam Iudæorum feſtiuitatem
contemplaturi veniſſent, fama rerum admirandarum quas Chriſtus gerebat prouocati, ad Philippum
acceſſerunt, ſeſeque viſendi Chriſtum vehementer
cupidos dixerunt. Philippus autem ſalutis
gentis auidus re cum Andrea priùs cõmunicata
ſu eos præſentauit: qui protinùs de imminentis
ſionis ſuę ignominia & gloria eis differens
tis verbis oſtendit, ſimilitudine ex grano in terram
miſſo ſumpta, ſe crucis & mortis ſupplicio
bus ſempiternam ſalutem & gloriam allaturum

Poſtquàm verò mundi totius ſalute egregiè confecta victor Chriſtus Ieſus glorioſo triumpho cęlis conſcendit: protinus Apoſtoli in opus ſedulò incumbentes omnes mundi partes euangelij face illuſtrandas ſuſceperunt. Cumque alij Orientales, alij Occidentales ſortirentur, admirabili huic Apoſtolo Aſia obtigiſſe fertur. Quam quidem tanta virtute peragrauit, vt innumerabilem hominum multitudinem euangelio genuerit, ac ſalutaribus aquis expiatos regni cęleſtis conſortes fecerit. Et quidem cùm mentes in ſcelere penitùs obduratas nulla verborum virtute emollire poſſet, facta admirāda adhibebat, prorsùs vt omnia morborum genera ſolo verbo vel ſacræ manûs ſuæ contactu fugaret, dęmonesque ex obſeſſis corporibus, non ſine ingenti aſtantium ſtupore expelleret. His rebus fidei pietatiſque fundamenta egregiè collocabat: & aduerſarios liuore & inuídia inflāmatos confundebat: adeò vt velinuiti diuinæ virtutis teſtimonium Philippo præbere cogerentur.

Philippus in Aſiam mittitur.

Huic Apoſtolus demolitis dæmonum aris ſacra Chriſto altaria erexit & viros eo munere dignos conſtituit, qui ſacra ibidem myſteria peragerent. Cumque maior indies credentium numerus fiebat, certatimque quilibet ſuum Chriſto nomē dare arderet cum Philippus cæleſti pro meritis gloria coronandus ex hac vita à Dño vocabatur. Eſt ciuitas in Phrygia rerum omniū opulentia & ædium magnificentia inſignis Hierapolis dicta: quā Apoſtolus vt intellexit ſimulacris deditā & nefaria ſuperſtitione, qua viperę cuidā prodigioſæ diuinum cultū tribuebat, miſerrimè conflictatā, protinùs diuino ſpiritu concitatus greſſus eò direxit, vnoq; Chriſti nomine fidenter inuocato eam internecione deleuit.

Hierapolim petit.

Deinde

Deinde aduocata concione luculéter admodum
vnius & ſempiterni Dei omnipotentia eis diſſ
& Chriſti in terris aduentum meridiana luce cla
us expoſuit: omneſque in communi hortatus
relictis dæmonum præſtigijs eum agnoſcerent
pro ſalute omnium precioſum ſanguinem fun
minimè dubitaſſet & acerbiſſimis ſupplicijs
tè ſuſceptis nos à ſempiternis cruciatibus
bus noſtris debitis eripere voluiſſet.

Hæc aliaque nō ſine fructu Apoſtolum di

Apoſtolus capitur & dirè cruciatur.

tem quidam diaboli inuidia concitati nefar
ripiunt, vinculiſque iniectis in carcerem de
Indè verò maiori furore agitati flagris verbe
que eum concidunt ac poſtremò è talis funib
ctum in ſublime ſuſpendunt. Eodem tempo

S. Bartholomeus ſocius periculorū Philippi.

tholomeus eiuſdem periculi cum Philippo
Hierapoli verſabatur, qui cùm gentem nefa
moniorum cultui deditā ad veritatis agni
inſtātiùs adducere conaretur crucis ſupplic
iudicatus eſt. Porrò Mariamna inſigni pu

Mariamna ſoror Philippi.

virgo Philippi ſoror cùm fratri immanes cr
patienti adeſſet incredibili dolore confic
quòd nullas pro volūtate ſuppetias ei ferre
Interim verò dum hæc fierent, terra ſubito
gitata ingentem omnibus formidinem inc
horrendo quodam hiatu præſentem omnib

Terremotus horribilis.

tem extremumque excidium minitabatur.
periculi magnitudine perculſi cùm ipſa e
illati Philippo ſupplicij pœnas expoſcere
tur, eum circunſiſtentes Saluatoris nomen
bant & ſupplicibus animis ſcelerum ſuor
am poſtulabant. Ijs hoc modo ſupplicant
preces votaque non ſine multis lachrym
bentibus optata protinus trāquillitas redij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab imminentibus periculis liberati vinctos adhuc Chriſti diſcipulos à vinculis eripere magno ſtudio contenderunt.

Et quidem Bartholomeo ſoluto, Philippus nè deſiderata diu martyrij gloria fraudaretur, conatu eorũ repreſſit, ac toto die in ſupplicijs iſtis constitutus Chriſtum illis inſtanter prædicauit & ſupplices etiam ad Deum preces adhibuit vt gentem multis errorum tenebris adhuc occæcatam clariſſima nominis ſui cognitione illuſtrare dignaretur.

Fertur Ebionitanorũ ſectam, qui Dei filium verum hominis naturam ex Maria Virgine ſumpſiſſe negabant huius Apoſtoli virtute ac prædicatione Hierapolis euerſam & ſublatam fuiſſe, qui ea propter inuidia & ſcelere concitati Apoſtolum in cruce actum lapidibus obruerunt: eoque fine deſideratiſſimam martyrij palmam contulerunt. **Apoſtolus Philippus in cruce ſuſpenſus lapidibus obruitur.**

RES GESTAE S. IACOBI APOSTOLI *fratris Domini. ex ijs quæ ſunt apud Metaphraſt.*

NIhil ſanè eſt viro bono & virtutis amanti æquè iucundum atque viri iuſti memoria. Ea enim præterquàm quòd animos ad inæſtimabilem quandam lætitiæ magnitudinem excitat tantam etiam vtilitatem adfert, quantam res alia in terris poteſt nulla. AEmula namque virtus ad præclare & fortiter gerẽdas ſtimulos addit, nec patitur animũ cupiditate laudis incenſum otio vel torpore langueſcere. Agedùm igitur nos quoq; magnum illum Iacobum in medium adducentes qui eximia quadam virtute Iuſti nomen aſſecutus eſt, communem ex rebus illius vtilitatem cum nõ mediocri voluptate coniunctam capiamus. **1. Maij.**

Et quidem patria Iudæa oriundus Alphæum patrem, **Patria & parẽtes Iacobi.**